



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xii. De ordinatis ab episcopo qui renunciauit episcopatu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De scrut. fac. & ordinatis ab episc.

fufcipiendis ordinibus impediuntur, ni penitus sint: vt nec in fufceptis miniftrant, admonentur.

14. *Vel nõ
est.*

Item fi quis ante legitimos annos contra canonũ instituta ordinatus erit: ordinatus ab executione fufcepti officii vſque ad æuitatem legitimam in iniuriam ordinantis, ordinãs à conlatione ordinum fufpenduntur. ipſi tamen, fi beneficium eccleſiaſticum non habebit, de competenti prouidere compellitur.

De Scrutinio in ordine faciundo. Tit. 11.

1. *Ex parte.*

IN diaconorum & Presbyterorum ordinationibus, epifcoporum quoque confecrationibus, de dignitate ordinandi, qui ordinabunt per adfellores ſuos ſcrutantur. Quem indignum eſſe non noſcent, dum ne contra conſcientiam loquantur, dignum, quantum fragilitas humana patitur, dicere ne formidato. Si qui epifcopum confecrandum indignum cognofcent: metropolitano, priuſquam ad ſuffragium veniatur, ſecretè & in furuo nuncianto.

*De Ordinatis ab epifcopo qui renun-
ciauit epifcopatu. Tit. 12.*

1. *Requifuit.*

SI quis epifcopus loco tantum, non etiam dignitati renunciaſit: à quocumque alio epifcopo rogatus erit, ſubditis eius ordines conferre valeto. Dignitati ſi renunciaſit: vſque ad hypodiconatum tantum, id eſt minores (qui à non epifcopis quoque conferuntur) liceto. ſacros ab eo ſi quis ſciens prudens recepiſit: exequi-

De æuita. & qua. & ord. præfic. 19

tionem officii ne habeto. si nec sciuit: ni crassa, supina ignorantia erit, catus, fagus, ac discretus pontifex cum eo dispensato.

Nam & cum clericis suis, qui ab excommu-
nicato episcopo ordines recepserint, episcopis di-
spensare liceto. 2. Cum clericis.

*De æuitate, & qualitate, & ordine
præficiendorum. Tit. 13.*

QVI ecclesiis præficiendi erunt, qua æuitate, qualitate, ordine esse debeant, deinceps cautum esto.

Ecclesiæ non nisi personis, quæ æuitatem, & scientiam habeant, creduntur, committuntur. 2. Ex ratione.

Qui secus faxit, olli debita pœna infligitur. Qui institutorem & cõcessionem qui superior erit viribus carere decernito.

Itaque (exempli gratia) intra 14. annum cõ-
stituto nemo cuiuslibet ecclesiæ personatum
concedito. si quis faxit: factum irritator, inobedientia punitur. 3. Indecorum.

Et generaliter quæ personæ ad curam animarum in ecclesiis ordinandæ erunt, scientia, moribus, & æuitate Lateranensis concilii institutis congruunt. Aliæ nec obtentu literarum apostolicarum in ecclesiis instituuntur. Vni plureis ecclesiæ ne committuntur. Nisi ex vna pendebunt, aut ita tenuis erunt, vt proprios alere sacerdotes competenter non possint, vnam, quã maluerit, dimittere cogitor. 4. Eãte.

Maximè autem in episcopo inliteratur & in- 15. Quãuis.